Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31270
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

ad. Aperiens petrus os suum dixit in veritate coperi quia non est personarum acceptor deus sed in omni gente qui timet dm et operatur iusticiam acceptus est illi. ad. Adhuc loquente petro cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum et erant loquentes linguis et magnificabant dm dicens tunc petrus iussit eos baptizari in nomine domini nostri ihu xpi. ad. Petrus autem. ad. Dixit angelus. ad. Dixit dns ang.

Cum autem producturus eum herodes in ipsa nocte erat petrus dormiens inter duos milites vinctus duabus catenis et custodes ante ostium custodiebant carcerem. et ecce angelus dni astitit et lumen refulsit in habitaculo carceris percussoque latere petri excitavit eum dicens. Surge velociter. et ceciderunt catene de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum. Praecinge et calceare caligas tuas et fecit sic. et dixit illi. Circumda tibi vestimentum et sequere me. et exiens sequebatur eum. et nesciebat quia verum est quod fiebat per angelum. Existimabat autem se visum videre. Transeuntes autem primam et secundam custodiam venerunt ad portam ferream quae ducit ad civitatem. Quae ultro aperta est eis. et exeuntes processerunt vicum unum et continuo discessit angelus a eo. Sedm

℣. Solve iubente. In illo tmp. Matheus. Iussit ihc discipulos suos ascendere in navicula et praecedere eum trans fretum donec dimitteret turbas et reliqua. B. Hieronimi pbri. Discipulis praecepit dns transfretare et com